

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9383

**Auteur(s) :** Guillaume de Passavant, Le Mans (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1155-1187]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume évêque du Mans confirme le don de Robert Guillaud à l'abbaye de Savigny la terre de Courbefosse dans la baronnie de Fougères.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 969, n° 337.

### Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° LII)

#### Texte d'après A

Willelmus Dei gracia Cenomanensis episcopus univeris fidelibus salutem. Quoniam veritas inter improbos subscripti auctoritate vicior consevari solet notum fieri curavimus, Robertum Gislaut totam terram suam de Corbefossa abbatie de Savigneio in perpetua elemosina omnino liberam et ab omni servicio quietam et immunem dedisse et fide prestita se hanc fideliter observaturum concessisse, Ricardo et Poeio de cuius dominio et feodo erat terra illa donationem illam similiter liberam concedente et confirmante, si autem Odo de Monte Geroul aut heres suus de quo idem Ricardus tenet terram illam huic donationi contrarie attemptaverit, idem Ricardus sic calumpnie illi se opponet auctorem et defensorem ut predicte monachi terram illam possideant ab omni servicio et redditu liberam et immunem, si enim servicium neccessarium fuerit idem Ricardus servicium illud faciet, si autem inter eundem Ricardum et dominum suum super terra illa controversia ventilabitur expense que ause illi et ipsius decisioni necessarie erunt a monachis ponentur. Petrus primogenitus Ricardi hanc elemosinam similiter liberam concessit concedens se futurum defensorem eodem modo quo pater suus concesserat. Stephanus sepediti Ricardi filius illud idem eodem modo concessit. Memoratus Ricardus post concessione ista de elemosina abbatie habuit L solidos cenomanensium et palefridum unum Petrus filius suus XXX solidos et equum unum, Stephanus frater ejus III solidos, Michael frater eorum II solidos pro concessione similiter tres supradicta. Ricardus, Petrus et Stephanus se id fideliter observaturos fide prestita firmaverunt nos autem ad petitionem partium ut fidelius conservetur id litteris annotari et sigillo nostro fecimus communiri. Testes sunt Nigellus presbiter, Reginaudus Ferrant, Esgaretus capellanus, magister Hernaudus, Willelmus de Sartis, Ricardus Bastart et multi alii.